

$\pi$  n  
4674





Q. I, 13.

I. N. J.

II n  
4674

NATALES  
SAXONUM  
TRANSYLVANICÆ,  
A POSCIASMATE HISTORICO

COLLUSTRATOS,  
*CONSENSU & AUTORITATE*  
INCLUTI PHILOSOPHORUM ORDINIS  
IN ACADEMIA LIPSIENSI,  
publicæ Eruditorum disquisitioni

submittentur

PRÆSES

M. MARTINUS KELPIUS,

Holdvilagiensis Saxo Transylvanus,

&

RESPONDENS

JOACHIMUS CHRISTIANUS Westphal /

Neo-Ruppinas Marchicus

Die XXII. Martii Anni M. DC. LXXXIV.

H. L. Q. C.

---

LIPSIÆ, Literis JUSTINI BRANDII.

P - M M 22





MATALES

SAXONUM

TRASSYL

VANNE

ASSOCIATION

M. MARTINUS KELLERUS

Holdyngische Saxo Transylvanica

RESPONDENS

JOACHIMUS CHRISTIANUS

Die XVII. Martii Anno MDCCLXXIV

Primum, hinc inde





I. N. J.

ἀνευ προοιμίας.

## CAPUT I.

Tradit Saxonum Sedes Transylvanicas.



Peræ fecero precium, si *Sedem Saxonum* Transylvanix prælibavero, in qua varia originum lineamenta. Excurram & in *vicinos*. Omnia, ut nascetur res & fieri potest, *conciſe* exhibebo, at *procul affectu*.

I. TH. GEN. Oriens CORONAM, terminũ universi Germanici nominis, Meridies Orientalior CIBINIUM, Occidentalior SABESUM, Occidens CLAUDIOPOLIM, Septentrio, versũs Occidentem BISTRICIUM, versũs Orientem SCHÆSBURGUM, & colonias ubivis adjacentes, ostendit: quarum omnium meditullium penè est MEDIA, in longitudinem hinc Coronæ, illinc Claudiopoli & Bistricio: in latitudinem ex una Cibinio cum Sabeso, ex altera parte ferè in triangulum opposito, ad Septentrionem, Schæsburgo.

II. Plurimi jam olim populi Transylvaniã usi sunt domiciliõ, quibus utcunqve hodierni debemus *origines*, & vetusti generis *reliquias* vultibus, ingeniis, amictu, sedibus, distingvimus.

III. Romanorum hæc Dacia ἐξοχική & *Mediterranea*, Ripensi Daciæ inter *Tibiscum* & *Chrysum* ad Hungariæ confinia, & *Alpenſi*, ubi hodiè *Walachia* & *Moldavia*, semper prælata. Clarissimo nomini temporum caligo obscuros fecit natales. Nam dum à *Dacis* *Daciam* deduco, unde verò *Daci*? quæstio redit. *Daos*, *Daas*,

*Dahos*,

lib. 4. c. 18.

Dec. 1. l. 1.

Or. & Occ.

Tr. c. 3.

p. 14.

l. 1. c. 9.

l. 1. c. 4. 5.

& 34.

*Dabos, Dabas. Davos, Dacos, Dacas, & Dasos* Stephani, eosdem esse multi sentiunt. Bun. Not. ad Cluv. Intr. Geogr. Dacos fuisse Davos oppida *Dacica Comidava, Marcidava, Decidava, Clepidava* &c. ostendunt. v. Bonf. Ubi, Daos à *daïs* pugna, utpote bellicosissimos, quibusdam dictos, addit. Laur. Toppeltinus conjicit haud vanè, à Dacis esse *Detsen Detschen* / quò Transylvani *Teutschos* exprimimus. Assertis aliorum addo meum: *Danum Davo & Daco* cognatum esse. Gothicum u simile Latino n, & Græcum v Latino v non urgeo. Conf. tamen Tract. Vulcanii de Ling. Gethica. Duces opinionis habeo non ignobiles: Crantzius in Sax. Ita ille: *Danos Futas* esse existimo, qui tum appellatione *Cimbrorum cum Teutonibus* (hoc est *Saxonibus*) & ceteris nationibus *Italiam* petière. Nam Dani (ut diximus) eâ tempestate tenuere *Futiam* provinciam & poterant *bi militiam* agere usq, ad *Cimmerium*. Cum *Gotthis* enim dudum exhibat ea gens & habitabat ad *Cimmerium*, deinde ad *Danubium*, ubi de suo nomine *Daciam* fecit vocari provinciam. Et clariùs in *Svec.* Alter est *Becmannus* in *Hist. Orb. T. Geogr. & Civ. c. 9. f. 1. §. V.* *Ericus Olai* in *Hist. Svec. Goth. millies Daciam* pro *Dania* habet. Lego idem & ap. *Bonf. Dec. 1. l. 10. init.* Si qua sunt contrà, ex *migratione populorum* diluuntur. Dicta est *Dacia & Getarum* regio, sed ferè ut *Getis*, quatenus hi non prorsus habentur *Daci, ad Pontum Orientalis, Dacis Septentrionalis* versùs *Germaniam* regio assignetur. Hoffm. *Lex. Un. ex Strab. l. 7. in V. Getæ. Plin. l. 4. c. 12. Tac. Germ. c. 1. Bun. Germ. ant. Cluv. l. 3. c. 31. Getas & Gothos* appellatos, ubi *Gothis Getarum* regiones celsère, ex confesso est. An rectè, hîc non definitio. *Jet Gigantem* lingvâ *Germanorum* priscâ notâsse ajunt. V. *Schurtzfl. res Svec. Goth. §. 1. & 4. in Not. Bec. l. c. & infinitos* passim. Nectango nunc, quæ *Getis* tribuuntur, *Origines Sarmaticas*. Hæ pagellæ tot *Labyrinthos* non capiunt. *Dacia* tamen *Gothia* etiam, post & *Gepidia* appellata fuit, *Jorn. R. Get. c. 12.* Sed si *novi hospites* *Regioni* addituri sunt nomen, eos magno numero legere est ap. *Topp. Ort. & Occ. Tr. c. 1.* quibus addo *Paiznacitas* ex *Svida* ap. *Ortel. Th. Geog. in V. Dacia.*

de Reg. H. l. 2.

IV. Ad recentiora properemus. *Erdély*, dicitur *Hungaris*, (perperam aliis *Herdeelen* & *Ritio Herdechelis*) à *sylvis* continuis (*Walachorum latronum latebris*) circa *Transylvaniam*, & quæ in *Transylvania* arborum amœnitates ubiqve distinguunt. Ein wald dichtet

dichtes Land. Triballos, quasi Trübwaldos huc trahi posse, non nemo conjicit. Sed certius est *Transsylvania* receptum hodiè nomen, quæ sit *Trans-Sylvam* (*Hercyniam* fortè, quæ Cæsare teste eousque pertingit) vel quam *Sylva* quaquaversum transeat. *Transsylvania* nomen non primus usurpavit Bonfinius, ut ait Topp. c. 1. Extat n. in Diplomate Regio Anni 1224. quod adduxit ipse Toppeltinus c. 3. Apud Ritium l. 2. habetur & *Ultra-Sylvania*. Notissimum est Germanicum *Siebenbürgen* / non à montanis s. Alpibus, quæ regionem cingant (\*) velut murus septemplex. Ego enim ipse eqves hyeme Carpathum Polonicum transcendens, vel *septem* montes superare debui; sed à *primariis castris*, Urbibus s. Arcibus *Siebenbürgen* / quo m. sensu *Septem-Castra* Latinis dicitur. Testem adduco ipsum Dec. 1. l. 1. p. 25. Bonfinium, alibi sibi contrarium. Cardinalis Piccolhomineus in Hist. Frid. III. ait: *Teutones in Transsylvania à Saxonia originem habent, viri fortes & bello exercitati: à septem Civitatibus, quas habitant SIEBENBURGENSES Patrio sermone appellati.* Ita Bertius in brevi totius Orbis Itinerar. p. 35. 7. *Castra à 7. Urbibus, quarum precipua Cibinium.* Conf. Matthias Qvadius Sculptor in Enarr. Georg. l. 3. p. 401. qui breviter, sed fideliter *Transylvaniam* descripsit. Frölich. Viator. §. 404. Hoffm. in Lex. Nec abludit Schrötterus in Historica tot. Orb. terr. descr. p. 795. Ortelius continuat. in Hist. Hung. medius videtur. Eos, qui 7. *Hunnorum Ducum castra* hic adferunt, refutavit Tröst. Vox sanè *Siebenbürgen* non est Hungarica. Et licet multum ex pristinò splendore perdiderimus,

A 3

per-

(\*) Nisi fortè à numero Ingressuum Alpes distingvantur. Octo enim hujus temporis facile olim unò potuerint caruisse, cum Am. Marcellin. suo tempore trium saltem meminerit. Consul. Tac. Antiqvo-nova Tröst. l. 1. c. 16. Aut Alpibus, quibus hinc inde nomina diversa. Celebrantur 1. *Kalberg* versus *Bistricium*. 2. *Carpathus*. 3. *Hargith* in *Siculia*. 4. *Sogara cher Gebürg*. 5. *Cherger Gebürg* à *Cheruscis* ut put. Tröst. l. 4. c. 10. 6. *Jüttenberg* à *Getis* l. *Jütis* Tröstero: nisi fortè à *Judæis*, qui ante aliquot secula ibi condiderunt *Emporium Talmud*, expulsi post è *Transsylvania* & *historiæ vestigia* in pago *Saxonico Talmisch* (cujus sacris cum agerem *Cibinii*, cum laude præerat Rev. Dn. Ioh. Krempeus, Fautor honorandus) relinquentes. Allata debeo *MScto antiquissimo*, quod à *Plebano* quodam, tempore *Papatús*, *Hexametro miserabili* conscriptum, in *Amicorum* manibus est *Cibinii*. An sit illud *Schödelii* Præf. n. 5. nescio. *Freqvens* est in *Transsylvania* numerus *Septenarius*. 7. *Urbes* 7. *Sedes* 7. *Capitula* 7. *Judices*, de quorum nonnullis mox curatiùs.

perlustret tamen quis Transylvaniam, videbit, utra pars mereatur assensum.

Bethl. I. I.  
Præf. &c.

I. I. c. 15. p. 86.

V. Non unô modô Transylvania dividitur. *Incolarum* discrimen Capiti sequenti reservo, dicturus hic de sedibus. Ut terram Saxonum eximam reliquorum sedibus, observo: Hungaros ferè *Comitatibus*, (*Spanischafften*) quos intra Transylvaniam invenio *Colossensem*, *Dobokensem* & *Kükölyváriensem*; Saxones & Siculos *Sedibus* (*Stül*) concludi. De Saxonibus mox. *Comitatus Hungariae*, quò olim pertinebat *Transylvania*, habentur in Lex. Geogr. Phil. Ferrarii, quod edidit Boudrant, & in Lex. Univ. Hoffm. sub tit. Hungaria. Olim in Hungaria erant 73. (74. Moln. ap. Schödel. in Disput. sub Bernec. hab. Caus. form. §. 214.) contracti deinde ad (LVII. Bonf. Dec. I. l. i. p. 22.) 54. Hoffm. Recentiores verò, Fournir Georg. Orb. Not. li. II. c. 9. p. 668. Behamb in Not. Hung. Bern. §. 14. p. 121. dicunt hodie esse 60. quorum 25. sint juris Austriaci, 27. Turcici, iique amplissimi, ut longè major sit Ottomanica ditio, quàm Germanica: *Transylvanum* verò decerpssis 9. *Comitatus*. Plura ap. Tröst. Siculorum sedes Molnár apud Schödel. in C. form. §. 219. ita recenset: *Præter Comitatus in Transylvania sunt sedes Siculicae septem, & duae Filiales*. Ego has ferè observo: 1. *Kézdi* vel *Kyzdi*. 2. *Sepsi*. 3. *Orbai*; quas tres Siculi nostri Transylvani Latine *Tri-Sedem* nominant. 4. *Csik*. 5. *Gyirgyó*. 6. *Udvarhely*. 7. *Maros*. Unde elucescit, Siculos dici à *Szék* sedes & *hely* locus, quâ voce *Hunnici* nominis odium olim abolere nitebantur; & ridiculos esse, qui eos è *Sicilia* protrahunt, nec ferendos, qui *Scythulos* dictos volunt. Horum oppida cultu humilia (nullam enim veri nominis Urbem habent) dum aliquot nitidioribus paulò ædificiis reliquorum miscetur squalor, purpuram centone correctam ostentant.

VI. Lustro jam terram *SAXONICAM*. Divisio hic varia. Ordior ab *Ecclesiasticis*. Quibus autem votis cœlesti Numini prædicabimus laudes, quod pretiosum Evangelii *κειμήλιον* incorruptum nobis tuetur! *Tractus* Ecclesiarum distribuuntur in *CAPITULA PAROCHIALIA*. Primas in Capitulis singulis tenet anni *Decanus*, quem sequitur *Senior*. Ille per annorum vices Decanali dignitati præficitur, & Senioris nomen in anni elapsi Decanum transit. Jungitur his *Syndicus*, Actorum referendarius, itidem ex Ecclesiastico genere. *CAPITULA* v. sunt conventus Pastorum vicinorum in certo tractu à loco aliquo celebriore denominati. Frölichius octo, Trösterus



rus 7. nominavit in Dac. l. 2. c. 9. p. 203. 1. *CIBINIENSE*,  
cui adhærent pagi 23. & Surrogatia (sic vocant) *GROS-SCHEN-*  
*KENSIS* cum pagis 22. 2. *CORONENSE*, quò pertinent pagi  
(additis Oppidis, quod & alibi observandum) 13. 3. *KYZDEN-*  
*SE* s. *SCHÆSBURGENSE* pagorum 48. 4. *MEDIEN-*  
*SE* pag. 36. 5. *SABESIENSE* pagorum 17. 6. *REGNEN-*  
*SE* pagorum 30. 7. *BISTRICIENSE* pag. 23. Hic ego qui-  
busdam nimium pagorum numerum additum reor. Omissa vero sunt  
quædam Capitula, quibus hic pagorum numerus vel æquatur vel su-  
peratur. Infelices enim dum Patriæ commerciò excludimur,  
hæc omnia extra Patriam ita scribimus, prout ea suggerit memo-  
ria; Juvamur quidem & exterorum scrip-  
tis, at quantum ea multo-  
ties hallucinata deprehenduntur! Cibinio addendum Capitulum  
*Läschkirchense*. Kyzdensi *Cosdense*, (quæ duo *Kyzd Cosd* dicuntur.)  
Quod *Kozdense* iterum est vel *Prostorffense* s. *Jacobsdorffense*, vel  
*Rupense*. Medyesiensis s. *Birthalbensi* adjacet *Bachnense*. Sabesiensi  
(nisi fallar) jungitur *Szászvarosiense*. Capitulum Mediense dicitur  
*CAPITULUM GENERALE*, quasi summum Ecclesiasticorum  
Consistorium, cujus membrum primarium est *EPISCOPUS SA-*  
*XONUM TRANSSTLVANORUM*; Ea dignitate cum lau-  
de modò perfungitur Clarissimus Dn. *Christianus Haafius*, Orator  
ille summus, & quem erudita admiraretur Germania. Ab hoc om-  
nes Ecclesiæ Ministri ordinationis accipiunt ritum. Frölichius hæc  
Capitula *Universitatem* ait appellari. Fieri potest. Ego verò novi,  
Conventum *Politicorum* summorum ex Natione Saxonica Transyl-  
vanorum, dici *Universitatem*. In Ministerio Ecclesiastico Ordo hic  
est. *Episcopus, Pastores, Diaconi*. Civitas quævis undò gaudet Pa-  
store, Diaconis aliquot. Schæsburgi tamen est & Pastor *Xenodochia-*  
*lis*, qui nec ordine superior est (nisi annis Ministerii ipsos antecedit)  
Urbis Diaconis, nec Pastorum Capitulo connumeratur. Ex Diaco-  
nis Urbanis creantur Pastores in pagis, rarissimè ex iis, qui in singu-  
lis Pagis bini vel singuli Pastoribus subsunt. Papatu durante Pasto-  
res *Plebani*, Diaconi *Capellani* (hinc Hungaricum *Cáplán*) vel Sa-  
cellani dicti fuere. *Schola* etiam in pagis *Rectore* ac *Cantore*, pluri-  
mæ & *Ædituo*, gaudent. Quemadmodum enim Urbes Germaniæ  
insigniores numerò Civium præstant Transylvanicis, ita pagi Saxo-  
num Transylvanorum plerique longè his in Germania præferendi.  
Unde

Unde etiam Urbicæ civilitatis homines in iis reperiuntur. Pastoribus ipsis Pagorum in Transylvania major habetur honos, quam in Germaniâ. [ De Saxonibus loquor, Hungari enim Pastores suos frequenter non pro dignitate tractant, quos non pudet, ubi ipsos præsentium cepit faties, viros emeritos ex loco digniore ad obscuriorem promovere an detrudere? ] Premit tamen Pastores Saxonicos (quosdam, ut tractum Cibiniensem & Coronensem, excipe) Censuræ Cathedralis alicubi grandis, & Quartæ unius ex decimis ablatio. Quod incommodum superioris seculi Magistratui Pontificio & Georgii Monachi artibus debetur, de quo Matth. Miles in Chron. Seculi 16. in Transf. impresso, dum repudiatis Papæ dogmatibus, Evangelicæ doctrinæ certatim incolæ darent nomina, quemadmodum & in Germania multos Politicos Ecclesiasticæ opes ditant.

VII. Altera districtus Saxonici divisio Politici Regiminis est. (a) Occurrunt hinc *SEDES SAXONUM* specialiter ita dictæ. *Mólnár ap. Schöd. in C. Form. §. 219.* ait: *Sedes Saxonica septem & due filiales.* Ego has numero: 1. *Sedes CIBINIENSIS.* 2. *Leschkirchensis. Gros-Schenkensis.* 4. *CORONENSIS.* 5. *Rupensis.* 6. *SCHÆSBURGENSIS.* 7. & 8. *MEDIENSES* duæ. 9. *Regeniensis l. Regnensis.* 10. *BISTRICIENSIS.* 11. *SABESIENSIS* s. *Millenbachensis.* 12. *Szászvárosiensis* ad Broß. Sed ex his quædam (Urbanas simpliciter excipe) Urbibus sunt filiales. Civitas aut Oppidum cum subditis, coloniarum instar, pagis, dicitur *Sedes.*

VIII. Præscindit sequens divisio ab utroque Regimine. Occurrunt in sede Saxonum: (i.) Tractus Coronensis, *Burgheland*: à Buriis populis, quasi *Burigerland*/ ut putat Tröst. l. 4. c. 11. p. 395. Sed quid si ex Dialecto Coronensi, quasi *Puurgheland*. Nam *Piurh*/ *Purh*/ *Puarh*/ *Puerh*/ *Puirh*/ notissimam in Transylvania vocem, quæ portam notat, Coronenses pronunciant, ut dictum, *Puurh*. Sanè ea  
Regio

(a) Discerno iterum terram dictam *Rönigs-Erd*/ quæ libera, & Urbium Oppidorumque Saxonorum gubernationi innititur, ab ea, quæ dicitur *Edel-Erd*/ de priori ago. Multi enim pagi Saxonici in ditionem Hungariorum Nobilium concessere, quod Tyrannico Gabrielis Bathori Principatui vulgè tribuitur. Tales subditi dicuntur Hungaris *Ióbgáyi* i. e. *leibeigen*. In fronte libri Leonhardi Gorecii & Ioh. Laficii de Rebus Wallachicis reperio in versione *Hönigeri* vocem *Jochbar*/ huic affinem. *Jochbare Christen* &c.

Regio velut *Porta Transylvaniae* ad *Walachiam*, fuitque, quod cum dolore recordamur, aliquoties *Turcis* & *Tartaris*, illac in *Transylvaniam* irrumpentibus. (2.) *Rupensis Tractus* dicitur *Oberland* / quasi *Orientalis*. (3.) *Tractus* inter *Cibinium*, *Schæsburgum*, *Gros-Schenck*, *Leschfirch* dicitur *Mittland* / q. d. *Regio Alutæ flumini* adjacens, qui fluvius nostralingva dicitur *Alut* (*Hungaris Olt*) (4.) *Ad Mediam* & *Birthalbinum* *Weinland* / à vino generosissimo. (5.) *Ad Sabesum* *das Land unter dem Wald*. (6.) *Ad Bistricium* *Nöfnerland* *Conf. Tröst. l. 4. c. 10. p. 389.*

IX. Sequuntur *URBES SAXONICÆ*. Erant olim 7. sed *Claudiopolis* *Germanis*, *Saxonibus*, *Hungaris*, iisque *Calvinianis*, *Socinianis*, *Pontificiis* paucisque *Evangelicis* confusa, à reliquis secessit, adscitumque ejus locò *Szászvárosium*, *Saxonibus* *Bross* dictum. Ubi ex occasione noto: Jamdudum omnes *Saxones* in *Hungaricos* mores, linguam, forsan & gentem, facile fuisse transmigraturos, nisi *Urbes* ipsorum hoc vallarentur privilegio: quod nulli etiam *Potentissimo Nobili* (quantominus ignobilibus) ex *Hungarico* genere concedatur in *Saxonum Urbibus* comparare domos; cum tamen *Germanis* omnibus, quicumque ex *Germania* vel *Hungaria* eò commigrant, aut casu feruntur, *Civitatis* jus inter ipsos pateat, *Evangelicæ* modò *Religioni* sint addicti, aut ei se, illuc venientes, adjungant. Sequitur ergò

X. 1. *CIBINIUM* *Szébény*, à *Fluvio* præterlabente *Zaubein* / quem *Tröst.* à *Sibinis* populis deducit, qui *Maroboduo* paruerint, cum & pagus *Maarpod* / *Cibinio* vicinus, *Marobodui* nomen, l. 4. c. 7. p. 367. retineat. *Conf. Laz. Migr. Pop. l. 9. p. 506.* *Germanicum* *Herrmannstadt* est ab *Herrmanno* (à quo verò? v. *Tröst.* cujus laudabilis diligentia longiore vitâ dignissima erat) *Urbs* egregiè munita, ædificiis insignibus pollens, decus *Transylvaniae* & *Viennæ Austriae* collata. Hic primùm sonuit *Evangelii* tuba præ reliquis *Transylvaniae Urbibus*. Nam jam ab anno 1523-24-25. *Ambrosii* cujusdam *Silesitæ* laudatur opera, quem *Judex* *Regius* *Penflinger*, fovebat, frementibus *Pontificiis*, fulminantibus *Ludovici*, mox ad *Mohacium* occubituri, post etiam *Isabellæ* *Reginæ*, edictis. Accessit *Johannis* *Surdastri* studium, cui in domo *Waidarum* patrocinebatur *Dominus* *Hecht* (Successor, si rectè memini, *Penflingeri*.) Et cum *Papistæ* *Scripta* *Lutheri* flammis publicè manciparent, *Processionibusque* suis interea vacarent, *Psalte-*  
B *rium*

rium Lutheri Germanicum suâ sponte è flammis subvolans, præcipui  
 cujusdam Prælati caput petiit, ejusq; ita adussit verticē, ut sive terrore,  
 sive vulnere fractus, tertiâ post die ad plures migraret. Libellus verò,  
 quamprimùm officio esset functus, volatu iterùm rediit in flammam,  
 ibiqve unâ cum reliquis libris in favillas est redactus. Quò ingenti  
 miraculò multum promovendo Evangelii cursui allatum est momenti.  
*Sed audio vocem: Fabulam narras. Inaudita narras. Ego respondeo:*  
 Multa esse in Transylvania notæ veritatis, de quibus Germania  
 nihil prorsus accepit. Narrationi verò meæ fidem facio ex *Concio-*  
*ne Dn. Oltardi b. m.* Pastoris Cibiniensis, ante multos annos ab ipso  
 typis publicis è Chalcographo *Cibiniensi* vulgata, in quo tota Refor-  
 mationis in Trans. series ab ovo repetita. Ego etiam in alio quodam  
 libro J. K. scriptam eandem historiam legi, an ex Oltardo l. aliunde,  
 nescio. Et quis ignorat similem penè Historiam libelli Joh. Arnd  
*Paradies: Gärtlein* dicti. Ut & Partis unius *Concionum funebri-*  
*um Dn. Heermanni*? Prolixiùs hæc ideò inserui, quia bonâ fide nituntur,  
 & vix hætenus extra Transylvaniæ pomeria percrebuerunt. Cla-  
 rus etiam fuit Cibinii *M. Matthias Heblerus*, præcipuus Autor O-  
 pusculi Transylvanici circa annum C. 1561. in *negotio Cæne* ad qua-  
 tuor Germaniæ Evangelicas Academias emissi, propter *Crypto-Cal-*  
*vinianos*, qui passim in Transylvania irrepebant. Templâ Cibinii  
 sunt 1. *Pastorale*, 2. *Cænobium*. 3. *Xenodochium*, in quibus doce-  
 sur publicè. Præfidet Ministerio toti h. t. Pastor *M. Jacobus Schnitz-*  
*lerus*, Mathematicus insignis, Fautor meus colendus. In Politicis  
 omnium Saxonum Comes, Urbis verò Cibin. Judex Regius Nob. at-  
 que Doctis. Dn. *Armbruster* / hîc præest. Conventus etiam publici  
 Universitatis Saxonicæ, (quod *Catharine* à tempore vocatur) hic fi-  
 unt. Gymnasii Academici lumen est Dn. *M. Isaacus Zabanius*.  
 Rect. & PP. Præceptor meus dilectissimus.

II. CORONA Cron-Stadt / *Brassovia, Brasso*, Veterum  
*Patroissa*, ut autumant, verè Corona Transylvaniæ, Civium nume-  
 rô & opulentiâ, Suburbiorum frequentiâ, mercaturæ splendore omni-  
 bus reliquis Urbibus Transylvaniæ palmam eripiens. Pastor  
 summus hic sacris fungitur Dn. *M. Johannes Honterus*, ex beati *Hon-*  
*teri*, per quem DEUS magnum Evangelii præconio in Transylvania  
 addidit pondus, familia. Laudes hujus Honter. v. ap. *Mich. Ne-*  
*andr.* in *Expl. Part. Orb. t.* Vid. eundem in *Nili Episcopi νεφέλαι*.  
 Et

Et *Starovolsci* p. 57. qui tamen eum Coronæ in *Borussia* collocat atque *Cracovia* studiis invigilasse & acceptam à majoribus gloriam auxisse. Pro *Borussia*, *Transsylvania* *Patroissam*, pro *Cracovia* *Wittebergam*, ibique Præceptores, *Lutherum* & *Phil. Melanchthon*. dicere debuisset. Adfert & versus honori Honteriano dictos, vocatque eum seculi sui *Varronem*. Conf. Dn. Qvenstedt de Patriis illustrium Virorum p. 265. Quæ testimonia omnia ego debeo Celeberrimo nostro Dn. THOMASIO, Fautori & Studiorum Promotori Honoratissimo, qui me iis benevolè communicavit. Post Honterum claruit Coronæ *Valentinus Wagner*, editâ Catechesi Græcâ celebris, Anno 1550. Cùm enim Honterus circa annum C. 1530. è Germania rediret, Typographos secum, erat enim opulentus, advexit, editisque variis opusculis, Papatum impugnavit, quod exemplum Wagnerus haud dubiè secutus est. Nuper etiam celebris Coronam illustrem reddidit Rector Dn. M. *Martinus Albrichius*, editâ *Logicâ* & *Metaphysicâ*, aliisque scriptis benè de *Transsylvania* meritis. Celebratur *Bibliotheca Coronensis*, quâ post *Budensem* (cujus reliquias, nescio quâ tactus invidiâ, *Sigismundus Báthori*, *Transsylvania* Princeps, cum plurimis antiquitatis monumentis, flammis subjecit *Alba Julia*) celebriorem Hungaria habere non creditur. Quæ ex ejus Templo descripta Trösterus adduxit, iis forsan infra dabitur locus.

3. SCHÆSBURGUM *Schäßburg* / Hung. *Segesvár*. Veteres appellationes ei tribuuntur *Segethusa*, *Singidava*, *Sandava*. V. Bourn, & Hoff. Lexx. Nomen, ut ferunt, sortitum est à pago vicino *Chäß* / *Segesd* Hung. tenaci morum veterum. Dn. El. Ladiver, Præc. meritiss. SAXO BURGUM (*Sacheburg*) vocabat. Tröst. deducit à Marte, qui *Hesus* l. *Shesus* (vom schießen) ap. vet. Germanos. Luc. *Teutates horrensque feris altaribus Hesus*. Cibinienses pronunciant *Schiesburg* c. *Schröt*. Desc. O. Ter. p. 795. Dicitur situm *Bude* referre *Ortel*. cont. P. I. p. 10. Malè postponitur *Mediæ*, nisi fortuito. Cùm in Urbium ordine, si rectè memini, nec Coronæ cedat. Dividitur in Arcem & Suburbium ingens, quæ Senatam partiuntur. Anno Chr. 1601. quidam *Makó György*, captâ per stratagema arce, ingentes Templorum (quorum maximum in montis vertice è rarissimis est) divitias diripuit. Gravem hanc jacturam, voce *Burg-raub* latè recensebant homines centenarii: Scio de his aliisque ingentis operæ Volumina MSta latere in Musæo Rev. Dn. *Georgii Krauß* / qui diligentissimæ

l. 3. f. 21. p. 276.  
ed. Lat.

22.

tissimæ Parentis manui ea debet. Utinam & illa non luant fatalem  
Transylvaniæ à Germania divulsionem ! Ab illo tempore Principi  
armato in arcem, quæ Urbs parva dici potest, non conceditur ascensus :  
Specimen ejus rei habetur ap. Bethl. Sed hoc Privilegium in propriam  
securitatem Schæsburgenses impetravêre. Patrum memoriâ restau-  
ravit Gymnasium celeberrimus Polyhistor *Hartmannus* & nostrâ *La-*  
*diver*, cujus hodiè fidelis Inspector est Dn. *G. Schobelius*, Pastor idem  
Urbis summus. IV. MEDIA *Medwisch* / *Médyes*, *Mégyes*,  
qs. *Media Colonia*. Tröst. Dn. *D. Pancratius*, olim *Rostoch* I. P. P.  
Ecclesiam ibi pascit. V. SABESUS (*Zabefus*. al.) ex Hungar.  
*Szász-Sebes*. *Mittenbach* / à fl. *Muliari* *Jorn*. R. G. VI. BI-  
STRICIUM à *Bastarnis* Tröst. murò duplici fossâ, vallis, egregiè  
munitum. *Rösen*. Dacis olim *Nösindava*, *Netindava*, *Nentida-*  
*va*. VII. BROSS *Város*, inter oppida.

X. Nec defunt Oppida egregia. In iis Sedium Capita subdi-  
tos habent pagos ; alia Urbi l. Oppido subjacent. Prioris gen. sunt  
I. GROS-SCHENCK. Hic *Trösterus* Rector, quem sæpè ad-  
„duco, decessit circa init. Anno 1670. cujus industria nob. reliquit :  
„(1) *Alt- und Neu Deutsches Dacia*. (2) *Versionem Germanicam*  
„*Bethlenii*. (3) *Polnisches Adler-Nest*. (4) *Päbstisch*. *Sveton*.  
„(5) Aggressus erat confutare in quibusd. *L. Toppeltinum*, sed mors  
„metam posuit labori. Succedebat in eo *Gymnas*. Dn. *M. Maurer* /  
per triennium ferè l. d. Præc. fideliss. II. RUPES, cujus arx insi-  
gnis ex rupibus & muro in edito concreta. III. *Leichfirch*. IV. *Bross*.  
V. *Regen*. Posterioris (1) *Birthalbinum*, *Episcopi Sax*. Sedes, quod  
*Mediæ* (2) *Kyzd*, quod *Schæsburgo* (3) *Agnethlen* / quod *Gros-*  
*Schenckino* aliquando parere detrectabant. Irritò nisu, quantum  
*scio*. In ditione *Cibin*. (4) *Heltaw*. (5) *Michelsberg*. (6) *Reiß-*  
*marck*. *Mediensi* (7) *Marckschelcken*. (8) *Klein-Schelcken*. (9) *Me-*  
*schen*. (10) *Kopisch*. (11) *Reichsdorff*. Ad *Coronam* (12) *Marien-*  
*burg*. (13) *Zaiden*. (14) *Zartlen*. Ad *Gros-Schenck* (15) *Hundertbü-*  
*chel*. Ad *Regen* (16) *Zegendorff*. Ad *Bistric*. videtur esse (17) *Birck*.  
Sunt forsàn & plura. *Thorda* (*Thorenburg*) prorsus, *Fogaraschini* &  
*Enyedini* ferè, *Saxonum* nomen exolevit. Hæ sunt *Saxonica* Sedes,  
nataliaqve arva.

XI. Pagis n. immorari quid refert ? Nec montibus, fluviis, syl-  
vis & campis implebo chartam. Aggredior

CAP.

## CAP. II.

### DEDUCIT ORIGINES.

12. THE S. GEN. Saxones five Theutones hodierni in Trans. Dacorum & Gotthor. vetustæ sunt reliquiæ, auctæ deinceps, partim Gepidarum ac Longobar d. quibusdam posteris, partim, seculis posterioribus, diversarum Germanicar. gentium, Saxonum imprimis, accessione. Nec Priscorum Gallor. Svevorumq; defunt vestigia.

13. In Angl. & Belgio Religionum est colluvies, populorum in Trans. confluxus Orienti miscet Occidentem. Secernendi Sax. nostri.

14. Transylvaniam gentes *servæ & liberæ* incolunt. Illas *extra essentialis*, has *essentialis* term. Philosophicis appellarem. Illis ad Regiminis negotia aditus nullus: harum consiliis, viribus, opibus, res Transylvana, secundum DEUM, nititur. *Walachos*, Romanorum reliquias (a) aliquot *Serbos* (*Ráczos*, *Tótos* (b) vel *Tútos*) & *Zigaros* (c) (*Ziganos*, *Zingaros*) prioribus annumero. *Græci* enim *Mercatores*, *Armenii* aliq;, *Cives* & *domestici* hîc dici nequeunt, nisi fortè Civitatis jus inter Hungaros alicubi acceperint: Sed ita Hungaris annumerantur, sicuti etiam ex genere *Walachico* Nobilitas *Transylvanô-Hungara* sæpè augetur. Posteriorum (primarum dignitate) numerus ternarius, *HUNGARORUM*, *SAXONUM* & *SICULORUM* (d) nominibus absolvitur. Ex his vetustissimos hospites *Transylvania* habuit *Saxones*, novissimos *Hungaros*. (e) *Reichesd.*

(a) Dissertè Eutropius *Rer. Rom.* l. 10. sub *Adr. Trajanus victâ Daciâ ex toto Orbe Romano in finit as eo copias transtulerat, ad agros & Vrbes colendas. Et quamvis Dacia Trajani sub Gallieno amitteretur* (*Eutr.*) ita ut *Aurelianus*, test. *Eutr. & Vop. exercitu sublatô Provincialibus eam relinqueret, desperans posse retineri, certum tamen est hos fixum manipulos ibi remansisse* *Topp. c. 6. contra Zamosc. v. & Trölt. l. 4. c. 4. uti nota, Adrianum pro Aureliano itrepisse. RVMVINO S* sanè h. e. Romanos, se appellant, lingua utuntur *Latina* corrupta, mores eorum sunt Romani. Audiatur *ἀλωπῆς* *Opiz ap. Trölt. p. 349.*

So steckt manch edles Blut in kleinen Bauren-Hütten/  
Das noch den alten Brauch / und Arth der alten Sitten

Nicht gänzlich abgelegt. Wie denn ihr Tanz anzeigt/  
 Indem so wunderbar gebückt wird und geneigt/  
 Gesprungen in die höh / nach Art der Capreoten/  
 Die meine Teutschen sonst aus Frankreich müssen holen:  
 Bald wird ein Kreis gemacht / bald wiederumb zertrennt/  
 Bald gehn die Menschen recht / bald auf der linken Hand/  
 Die Menschen die noch ietzt fast Römisch Muster tragen/  
 Zwar schlecht / doch witzig sind / viel denken / wenig sagen. 2c.

(b) *Totos* vel *Tutos* vocant *Slavos* Hungari. Quod videtur esse à *Teut*, sive rectè, sive per errorem. Gotthorum aliorumq; profectioibus facilè quidam misceri potuerunt, & occasionem etiam errori dare, *Vinidos* esse *Vandalos*, vid. Schurtz. Slav. §. 5. h.

(c) De his quædam Toppelt. c. 6. Ego occasione loci Procop. de Bel. Vand. l. 4. p. 355. ubi *Maurusios* quidam putant esse *Zingaros*, observo, ipsos vernaculâ sese appellare *Morre*: auditur etiam inter blateros *Amorî*, unde Erudito cuidam *Amorita* visi. Vulgò dicuntur *Pharaones*, Hung. *Pharao népek* i. e. populi Pharaonis, habenturq; *Ægyptii*. Vulcanio vocantur *Nubiani* p. 100. & voces idiomatis hujus ab ipso adductas fidem mereri colligo ex: *Dadé* Pater, *Manron*, Panis, *Yag*, ignis, quas ex Erronum lingua intelligo. Duplices sunt in Trans. *Modestiores* (siquid hîc modestum) qui sedes ad Urbium, Oppidorum & Pagorum extrema figunt statas. Alii *Moldavi*, aranearum instar Transylvaniam perreptant, artis Magicæ peritiam venditantes. Vix extat sub sole magis hoc populo superba natio. Quicquid lucrantur, cauponæ & amictui impendunt, qui ita sibi cohæret, ut pileus puniceus, vestis it. ex holoserico vel panno rubro satis habeatur ornamenti, etiamsi caligarum & calceorum rimæ & assumenta vel Heraclito risum moveant.

(d) *SICVLOS* certum est ex Attilæ populis Hunnicis in Trans. consedisse. Extincto enim Attilâ, incondita populorum moles, quam utcunq; Attilani nominis terror coërcuerat, rursus in partes ire coepit. Primus Gepidarum Rex *Ardaricus* viam reliquis monstravit in libertatem se vindicandi Jorn. in Reb. Get. c. 50. *Clar. Dn. Nadányi*, *Præceptor olim Honorandus in Flor. Hung. l. 1. c. 12.* Hunniq; ita sunt attriti, ut *Czaba* cum 15. millibus, desperata Pannonia, Scythiam repeteret, *Vio* ac *Isalmus* in Romaniam, *Emnedzar* verò & *Vziædur* ad Montana Daciæ concederent & *Siculorum* nomini initium darent. Trium millium hi expleverunt numerum, & ab A. C. 461. ad 744. in gloriâ in Daciæ angulis delituerunt. vid. *Dac. Tröst. l. 3. c. 1.* Schöd. Disq. §. 103. Toppelt. Or. Tr. c. 5. Platan. Incun. Gentis Hung. §. XVI. aliosque.

(e) *HVNGARORVM* è Scythia adventus, quem vulgò *novissimum* vocant, collocatur ad An. 888. & incidit in tempora *Arnulph. Imp.* Schöd. §. 231. *Nad. l. 1. c. 14.* *Becman. Histor. Orb. Ter. Ge. 9. f. 1. §. 11.* ante quæ tempora nomen *Hungarorum* ap. probatos Scriptores non legitur, *Scurtzfl. Ungari-*

ca



ca §. 10. Alii malunt A. C. 744. Transfigant de hoc Hungari. Mihi sufficit ab alterutro horum tempore eos fixisse sedem in Hungaria & Transsylvania, concedente id (circa A. 888.) Arnulpho, in redhostimentum auxilii adversus *Swathem* (qui variè audit) præstiti. vid. Trost. l. 2. c. 4. & 7. Miror verò, qui Schödelius Disquisitioni eruditæ tam miras aliquoties vocum derivationes immiscuerit. Quis enim sanus movebitur illis, quæ de nomine *Avarum*, *Magyarorum* & *Hungarorum* adducit §. 90. 91. 92. Nisi fortè indicare voluit, gnarum se esse idiomatis Hungarici. Similia habet & de *Attila* §. 253. 256. Sed ad rem: Non facimus cum illis, qui *Hunnos*, *Avares*, *Hungaros*, diversos esse populos volunt. Origine sanè Hunnicâ omnes conveniunt. Et recentius solum *Hunorum* *Synonymum* est *Avares*, si credimus Warnefrido, l. 1. de Gest. Long. c. 27, v. & l. 2. c. 10. l. 4. c. 12. Meginfido in Hist. Emmerani, quem citat Barth. l. 15. Adv. c. 13. Adde Theophyl. Simocattam. Aimoynum, Beat. Rhenanum aliosq; citatos à Joh. Schmidelio in Diss. de Orig. Gent. ac Regni Hung. Jenæ hab. An. 1659. Conf. & Excell. Dn. Lic. Fellerus, Factor Honorandus & Studiorum Patronus Optimus, in Not. ad Horn. Orb. Imp. Animadv. 59. Schöd. §. 197. Dn. Green. Destruct. Imp. Occ. c. 1. §. 5. l. e. Schönleben. Annal. Carn. p. 307. & adducti à Dn. Schurtzfl. l. c. Si verò *Hungari* non sunt *Hunni*, ut quidam Hungari volunt, cur *Attilam* tautopere crepant? Et unde lingvæ *Siculicæ* cum *Hungaricâ* identitas?

XV. Si *SAXONUM* nomen considero, commune id reperio populo *Transylvaniæ* & *Germaniæ*. Dum igitur illorum occasione vocis eruo originem, id ago, ut eadem derivatio & in hos cadat. Obscurum à vetustate relictum nominis Etymon ait Fourn. Not. Orb. Geogr. l. 4. c. 8. p. 124. Unde in his optimum vatem judico, qui optimè conjicit, & conjecturas autoritate Historicâ firmat. Bournet adducit *Isidorum*, qui testetur à durezza hoc ipsos nomine imbutos. Sed ita Romanis id deberent. Alii è *Speculo Saxonico* eos deducunt ex oriente, ubi vel fuerint *Petrocoli*, vel sub *Duce Petrocolo*, post Alex. M. mortem, qui λίθινον πύργον *Turrim lapideam*, tractum ap. *Sacas* montanum incoluerit. Sed cur tot diversæ origines in unum vocis chaos confunduntur? Nisi fortè ita sententia Speculi, & qui id sequitur, *Furmerii* sit concilianda, *Petrocolum* Ducem à turri angulis acuta Comites suos nominasse *Saxones*, quia *sachs* veteribus acutum notet. Sed & hæc cordatis stomachum movere possunt. *Saxones* sic dictos, quasi *Sacarum* *Sohnios* (*Saccasones*) Cambdenus ait: sed, si hæc sunt Germanica, terminatio ón hinc accersi vix potest, quæ priscis erat locò nostræ en/Teutischon/Grison/Gotthou/ze. vid. Dn. Bun. in Germ. ant. Cluv. p. 76. Hæc de origine *Asiaticæ* reliquorum etiam Germanorum (ubi tamen de

de *Caramannis* non negligenda eruditorum observatio Bun. l. c. p. 36.) doctè persequitur *Mich. Piccartus* p. 565. 566. *Orat. 1. in Phil. Altdorff. à Felvingero edita. conf. & Behamb. Not. in Disq. Schöd. p. 77. Lex. Hoffm. Univ. in V. Saxones.* Quæ opinio de Saxonibus etiam *Melanchthonis & Becani* fuit. vid. *Mat. Quad. Sculpt. En. Geogr. p. 467.* Faveret sententiæ, quòd *Nomadum & Sacarum* regiones unò loco ponantur à *Ptol. l. 6.* Hungari autem omnes Germanos hodie vocent *Német.* Sed rectius *Német* à *Nemetibus* esse dicitur, & nomen speciale transisse in Germanos omnes. Speculum verò Saxonicum non fat bene audit à *Crantz. Sax. l. 2. c. 21.* Buno in *Germ. ant. C. l. 3. c. 21. Fosones* (ex sent. Cluveri, ut patet ex notis Bun. ad l. 3. c. 2. *Intr. Geogr. lit. 7. p. 206.*) *Crantzius Sax. l. 1. Præf. Catos* in Saxones mutatos putant. Uterq; *Tacitum* nititur assequi. Nec defunt, qui eò *Ascenazum*, quasi *Assenas* trahunt: sed cum his Hebræis planè non facio, licet aliàs facile largiar, omnium Germanorum Patrem fuisse *Ascenafum*. Statuo autem Saxones accepisse nomen à voce *Sachs* / vel *sahs* / quæ veteribus Saxonibus & Frisonibus signabat *gladium vel cultrum oblongum*, sive occasione narrationis, quam antiquus Saxonum Scriptor *Witichindus* adducit *Gest. Sax. l. 1. p. 2.* quòd oblongis cultellis Thuringorum multitudinem fuderint, sive ex re ipsa. Huc facit *Alberti Hutteri nostri Oratio*, quam is, *Judex Regius Cibiniensis & Comes Saxonum, in publicis trium Nationum Comitibus* ad retundendas adversariorum calumnias, circa exitum seculi præcedentis, habuit doctissimam, insertam à *Dn. Matth. Milesia Seculi 16. Chronico Transylv.* Assertum firmo: (1.) Non est insolens populos armorum studiosos ab armis denominari. Jam autem hi Septentrionales populi, cum in hostes irruerent, magnis gravibusq; machæris manus conserebant, teste *Plut. aliisq;.* (2.) Saxonum Transylvaniæ insignia Cibiniensia Metropolitana sunt duo gladii decussatim locati olim verso mucrone sursum, nunc deorsum. Causam vid. apud *Tröst. l. 2. c. 9. p. 213.* (3.) Solcher Sächsischen Schwerdter Muster ist noch heut zu tag zu Dresden im Wassenhaus über dem Stall zu sehen / ait *Tröst. l. 1. c. 8.* Gloriosum id est Serenissimo Saxonæ Electori, Domino nostro Clementissimo, S. Rom. Imperii Ensifero. Hungaris dicuntur *Szászok* (ita *Sasones* veterum, vel *dje Sassen / Geseffen / Landsassen* / quasi Regionis, ipforum respectu,

respectu, *Aborigines* diceret. Conf. *Becm. Hist. Orb. Ter. Geogr.* cap. 9. f. 1. §. 9.) Exercitii gratiâ quamcunq; harum derivationum in conflictu defendemus. Unde verò Saxonum nomen in Transylvania, occurret infra.

XVI. Ut alii Germaniæ populi, sic Saxones nostri dicti & *TEUTONES* Latine, *Teuton / Teutschon*. Digna quæ notem verba *Privilegii*, quò *Andreas* Hungariæ Rex A. C. 1224. eos est impertitus: *FIDELIS NOSTRI TEUTONICI, ULTRA-TRANSYLVANI*. Ex *Germanico* nos esse genere, eo sensu, quo fuerunt *Gotthi* (alia nunc non tango) dubium non est. Vernaculâ utentes *Germanicè* loqui inter *Saxones* (at *Hungaris, Saxonicè*) dicimur. At *Germanos* nos hodiè non vocant. Quemadmodum usu receptum, *Suecos, Danos*, non dici *Germanos*, quibus tamen natales *Germanici* assignantur. Hinc Hungari inter *Németek & Szászok* idem faciunt discrimen, quod nos cum ipsis inter *Germanos & Saxones* (de *Transylvaniæ* *Saxonibus* loquor.) Vernaculâ frequentius appellamur *Detschen* (i. e. *Teutschen / vel etiam Daci*) quàm *Sachsen*. Imò *Sachsen* ferè tantum dicimur habitò respectu ad *Politica*. Hæc ita usu invaluerunt. *Germanos* verò discriminis causâ vocamus, *Mooser / Mueser / l. Moaser* / nec aliâ voce ab iis nos discernere possumus. Fateor appellationis rationem plerique ignorant. Sed num *Transylvani* soli antiquas vocum origines nesciunt? Aliqui tamen putant, esse ex Gallico *Monsieur*. Sagacissimus *Trösterus* altiùs nomen investigavit. Noti Gallorum *Crupellarii* (*Corissire* Laz. M. G. p. 127.) Tac. Ann. l. 3. c. 43. Nota & *Mazara* Gallica. Figura ext. ap. Laz. M. P. p. 122. de qua ita Laz. p. 126. post adductum *Livii* testimonium: *Mazara nobis adhuc Germanis extant, & præcipuè in equitatu: vulgò vocant ain Pratspies: genus gladii est equestris, oblongi & ex rotundo acuminati, ad omnia penetranda & rumpenda idonei.* Cum igitur viderent *Transylvani* nostri, tali semper accinctos gladio incedere *Germanos*, id nominis eis imposuerunt. (a) *Tröst. l. 2. c. 14. p. 237. f.*

(a) Saxones enim nostri in *Trans.* nisi in itinere, armis latera non muniunt, sed spectabili stola, quam *chlamydem* (*Mentee / Mentéc* quasi *Mentel*) vocant, interiorem tunicam tegunt. Ea pro conditione hominum *Zobellina* (loquor ut intelligar,) *vulpina*, quin & *agnina ac lupina* foderatura (iterum barbarè ex *Erico Olai l. 1. Hist. Svec. vid. Locc. not. & cit. ibi Voss. de vit. ferm. n. 6.*) suffulcitur. Quod autem *Frélichius* §. 407. & *Ortel. (cont.) p. 11. B. I.* quorum

quorum alter alterius mordacia videtur exscripsisse, ait: *Nec pueri quosdam per totam aetatem calidissimas vestes Pellibus vulpinis subducta gerere, de his præcipue intelligendum, qui honesto tali velamento res domi angustas tegunt, h. e. quibus non sunt תלבושת בגדים. Nonnulli etiam valetudini tuendæ hoc pacto subserviunt & quæ alia. Evidlich/ Eitlich.*

XVII. *POSTERI SUNT DACORUM.* Quos *Dacorum* nomine indigitem, dixi §. 3. Ita forsan & *Megiserus* in *Annal. Carl. 3. c. 32. ap. Schonlebenium P. III. p. 167. Annal. Carniol.* ab errore liberari potest & *Dania* manet *Dania* hodie, ita tamen ut olim in *Daciam* colonias *Cimbro-Gothicas* emiserit: Conf. eund. *Schonleb. in Apparat. Carn. ant. p. 145.* *Dacos* verò ita à *Gothis* fuisse in novis sedibus distinctos, ut non semper aliquid commercii inter ipsos fuerit, nemo, quem vidi hætenus, persuasit. Multi multa tradunt de *Gothorum* à *Getis* discrimine, sed antiquissimam *Dacorum* originem, neminem inveni, qui mihi satis explicet, ex iis, qui tantopere hæc discrimina urgent. Militet igitur tantisper *paradoxon* meum. Non loquor de origine ex *arca Noe*, sed de ea, quam post sacra, *μὲχρι τῶν* ex profanis assequi licet. Ego, pro tenuitate ingenii sedulo perlustratis, quorum copia fuit, veteribus & recentioribus Historicis, commo- dius me explicare nequivi, quam assignando *Dacis* origines *Cimbri- cas Danicas*, nunquam prorsus exclusis *Gothis* Migrationum Principi- bus. *Danorum* originem aliis lubens alius repetentiam permitto. *Gothos* igitur *Duces*, non nisi societatis hujus respectu & hic tango: Impugnatur eorum migratio ex *Scandinavia*. Speciosa sunt, quæ de *electro* ex sinu *Codano* in varias orbis partes devecto adferuntur. Unde ego viris eruditissimis mea opponere aut obtrudere non sustineo. Ast militant & pro altera parte non solum pervagatæ famæ *Viri*, & qui *Cluverum* origines *Gothorum* *Scandinavicas* proscribentem, *Virum* sepe intempestive audacem vocant, verum antiquitatis etiam haud ignobilia monumenta. Miserrimè miserum *Jornandem* multi dant depexum: *Bonfinius D. l. l. i.* ait, eum in laudem *Gothicæ* gentis undique mendicare conjecturas verisimiles. At *Bonfinium* propterea *Exc. Dn. Schurzfleisch* justò audaciorem pronunciat in *R. Sveo-Gothic. §. 8.* Ego fateor nonnulla ex seculi genio (v. querela *Beati Rhen. ap. Schöd. §. 193.*) in *Jornande* tradì horridius, nec de nihilo esse, quod ait *Crantzius*, licet satis asperè, *Svec. l. l. c. 34. p. 223. Ablabium* *Jor- nandes*

*Jordanes noster semel legisse contentus fuit, omnia quæ memoriæ haberent refe-  
rens in historiam. Hinc illa turpis historici, gentis antiquitatem pollicen-  
tis aliquot seculorum transilitio, perturbata rerum expositio, & peregrino-  
rum montium & fontium descriptio: quam nemo ex te Jordanes hoc loco  
quæsit. Elegantius ista apud Ptolemaum Strabonemque leguntur. Gentis  
tuæ continuatam per secula historiam à te expectamus: quam non habens,  
ad impertinentia tradenda vires contulisti. Excusavit tamen se Jor-  
nandes & in Præf. ad Castalium, & ad calcem operis, se veterum scripta  
secutum &c. Unde ipse Cranzius aliunde colligit, quæ fidem Jornandi  
vindican. Gotthorum varia dispersio, exitus, repetitæ sedes, iis val-  
lantur testimoniis, quibus convellendis ego non sufficio. Satis igitur  
habeo adstruxisse supra evidentiam indiciorum, *Dacos, Gotthorum* fu-  
isse socios, quin & pro *Gotthis* sæpe nominatos & hos pro illis. Potue-  
runt etiam, ut fuerant prius, posteriori ævo sub unum coalescere impe-  
rium, & conjuncto Marte agere, ita tamen, ut *Gotthi* magis *Getae, Da-  
ni Daci* dicerentur, utrorumque autem res & nomina utrisque attribueren-  
tur, donec mentio *Dacorum* fere exspiraret. Quibus & §. sequenti  
facem præfero. Liceret & de aliis migrationibus *Cimbricis* differere.*

Probat verò aliquot argumentis *Toppeltinus*, hæere inter  
Saxones nostros *Dacorum* reliquias, ut ex voce *Detsen Detschen*. No-  
bis rò *Detschen* idem est, quod *Teutschen*. Frequens enim nobis  
*D.* ubi Germanis t. ut porta (*Thor*) *diur/ dūr/ duur/ duar/ duir/ duer/  
dūer*. Ita dialectos *Transylvani* variamus. Janua *dirr/ diabolus  
Deiwel* (ut Saxones veteres *Dūwel*) chorea *Daans/ bibere drenchen/  
pellere dreiven* &c. Gentes igitur exteræ, quod veteres *Daci* expresse-  
runt *Dets Dats* (s. *dui*; Laz. de M. P. p. 15.) potuerunt appel-  
lare voce *Dacorum*. Et ut olim maximè appellabamur *Teutoni*, ita ma-  
gis magisque omnia ea applicari possunt, quæ habet *Buno in Germ.  
Cluv. ant. l. 1. c. 26. §. 8. 9. 10. 11. & c. 9. §. 6.* Inprimis urgeo ultimam  
rationem *Topp.* Nec enim vacat omnes percurrere, cum quædam &  
limam videantur requirere. Aut *Hungari*, aut *Siculi*, aut *Walachi*,  
aut *Saxones* sunt *Dacorum* reliquix. Non *Hungari* cum *Siculis*, ut con-  
ceditur. Non *Walachi* *Transylvani* (in *Moldavis* enim & *Wala-  
chiam* *Transalpinam* incolentibus confusionem majorem concedo)  
ut probatum §. 13. l. 2. Ergò *Saxones*.

XVIII. SEQUUNTUR GOTTHI: Hoffm. in Lex. &  
Beem. in Hist. O. T. Geogr. 10. c. 9. l. 1. §. 5. 6. die Guten/ Guden/  
C 2 i. e.

i. e. Gute leut/ ob summam in hospites *lenitatem* (aut à Gott Deus, qf. præcipui ejus Cultores, pro ut ipsi putabant) ut *Qvadi*, die *Qvaden* / *Böien*/ viri bellatores &c. Utinam eorum res dignis Scriptoribus obtigissent, vel consignatæ non interiissent. De qua jactura ita M. Georg. Schubart. in diff. de Gotth. Ort. Jenæ hab. A. 1676. *Habuerunt quidem præ reliquis Gotthi idoneos suarum rerum Scriptores, quos inter antiquissimus Pytheas Massiliensis, qui temporibus Ptolemæi Philadelphi CCC. circiter annis ante Christi adventum, vixisse creditur, Straboni memoratus, ac cui, quæ de Scandia veterum nonnulli tradunt, haud dubiè accepta referunt. Hunc secuti sunt Q. Crito, Dion Pruseensis, Dexippus, Jornandi & Syncello maximè laudatus, Ablavius sive Ablabius, Constantini ætate Prætorii ornatus Præfecturâ, Priscus, ac plures alii. Sed præter fragmenta, quæ ex ingenti horum naufragio, ceu tabulæ hinc inde servatæ, superstunt, nihil omnino comparet.* v. & Dn. Schurtzfl. in R. Sveo. Got. §. 8.

Nec tamen omni destituimur Scriptorum operâ. Habemus *Jornandas, Eutropios, Xiphilinos, Julios Capitolinos, Amm. Marcellinos, Procopios, Agathias. Paulos Monachos, Isidoros Hispalenses, Johannes & Olaus Magnos, Ericos Olai, Crantzios* aliosqve, cum recentibus. Decerpam ex his quædam capita, eaqve ad institutum deducam.

*Schubartus*, quem citavi, anticipat *Scandinavicas* migrationes, audetqve ad proximam temporibus *Noæ* posteritatem ascendere, quæ tot populis ex Oriente *Septentrionem* locupletavit. Eruit *Scytharum* duplicem originem, quorum unam *Asiaticis*, è *Semo*, alteram *Europæis*, è *Magogo* vel *Gomero Japheti* filiis assignat. Posteriorum complexu & *Celtas*, cui nomini ex *Pausaniæ* in *Atticis* testimonio *Galatarum* appellatio surrogata sit, seu *Celto-Scytas* includit. Quærit deinceps, è quibus *Gotthi* prodierint? Negat hinc consulendum *Jornandem*, cum is primas *Gotthorum* origines non tangat, sed egressum eorum è *Scanzia* solùm doceat. Pro *Semo* adducit *Grotium* & *Loccenium*, quorum posterior è *Gether Gethas*, post *Gotthos*, ex *Asia* primum productos, hinc in *Scandiam* progressos esse probet. Pro *Japheto* *Rob. Scheringhamum*, qui adversam sententiam studio singulari confutaverit: ut & sanctissimum *Patrum* chorum, *Ericum Olai* (p. 6.) *Joh. Magnum*. Huic sent. Ipse accedit, salvâ tamen gentium migratione, quæ multoties populos confudit. Premimus ei pollicem.

Ex *Asia* in *Europam* facilè deducuntur. Sed perspicienda eorum è *Scandia, Scandinavia, Scandavia* s. *Scandavia* migratio. Pluries sese

sese Gotthiam s. Scandiam fertilissimam hominum insulam, quasi ver  
 sacrum evacuassee, rectè inquit *Dn. M. Dan. Müller. in Collegio An-  
 thologico Lipsiensi MSto* cujus mihi copia à Patrono amicissimo & æ-  
 stimatissimo facta : cum non uno tempore profectioes *West-Gottho-  
 rum & Ost-Gotthorum* (varix eorum scriptiones notæ) factæ dicantur.  
 Primam verò omnium profectioem invidere nobis vetustatem fa-  
 mæque obscuritatem. Si tamen fidem habere velimus *Johan. Nielfson  
 Strelavv Gottho* in Chronico Gotthico,, citato ab *Olear. in Itiner.  
 Pers. l. 2. c. 3.* factam eam Anno ante C. N. 1388. (& sic An. M. 2582.  
 circa tempora *Ehudi* Judicis Israëlitici, anno 296. postquam incolæ  
 cœpta est. (a) Exisse navibus 300. (Jorn. tres habet) 15. armatorum  
 millia in *Estoniam*, navibusque in ignem missis, nemini ad fugam re-  
 liquisse præsidium. Hinc peragratâ *Russia*, processisse ad *Tanaim*  
 & *Getis* commixtos ad *Mæotin* (b) paludem (*Мовѣ* / hinc *Massa-  
 getæ* *Мовѣ-гетен*) longo satis nec incruento itinere digressos. Ex-  
 tare ejus rei vestigia ap. *Jorn. de R. Get. c. 4. (& 6.)* qui etiam, *Tanna-  
 sin*, Regem ipsorum, à *Vesoce* Ægypti Rege, sed cum detrimento, ten-  
 tatum referat. Consulamus *Jornandem*. Pluribus ille recenset, quo-  
 modo arma victricia Gotthi nostri, in *Asia* circumtulerint, quicquid  
 de *Scythis* suis opponat *Bonfinius*, quorum nomen Gotthos etiam ac-  
 cepisse constat, *Sküttos* (*Schütten* *Schützen*) certè & *Scutatos* (à  
*σκυτός*) optimos, vel ipsos *Sgytas* i. e. Gotthos ac *Getas* ex Arabismo,  
 ut putat *Dn. Nadányi Flor. H. l. 1. c. 3.* *Amazones* etiam Gotthis, præ-  
 ter *Historiarum* monumenta, ipsarum Nomina, *Mezen* / *Martpeis* /  
*Landpontin* vindicant, addi posset & *Thomyris* & *Thammeyerin*. Quando  
 in *Daciam* sint digressi, regionesq; vicinas, plurima Auctorum lis. Anti-  
 quissimã eam migrationem fuisse oportet, si *Zamolxen* in *Dacia* habu-  
 erunt Regem & Philosophum, quod asserit *Jorn. c. 5. p. m. 18. paulò ante*

C 3

testatus

- (a) Ita *Crantzius* ait : *Svéc. l. 1. c. 2. fin.* Habeo testem, qui confidenter asseruat,  
 sub *Othoniele* Judice Hebræorum, ante Regum tempora (nam is statim  
 successerat *Josua*, *Mosis* successori) facta sit gentis hujus emigratio, hoc  
 est, A. M. termillesimo septingentesimo, nonagesimo, & circa: quod erat  
 ante natum *Christum* millesimo quadringentesimo, sexagesimo. Nam &  
 quæ à Gotthis magnificè gesta feruntur in *Asia*, tantam antiquitatem depo-  
 scere videntur, p. 205.
- (b) Harum regionum notitia succincta habetur ap. *Horn. in Orb. Polit. p. 472.*  
 collatis, quæ ibi eruditè monet *Celeberrimus Dn. Lic. Menckenius*, Fautor  
 ac Promotor jugiter honorandus. *Conf. & p. 475. 478.* Alios prætereo.

*restatus, se potius lectioni credere, quam fabulis anilibus consentire.*  
 Zamolxis verò Pythagoræ fuit discipulus, cum eo in Ægyptum profes-  
 ctus Herod. l. 4. Quid mirum igitur, si Alexander eos, Regno Mace-  
 donico in Thracia vicinos, pronunciavit vitandos, Pyrrhus pertimuit,  
 Caesar exhorruit, Isidor. in Chron. Got. Pater sanè Alexandri M. Phi-  
 lippus magni amicitias cum Gotthis copulavit, ceu loquitur Jornandes  
 c. 10. ducta Medopâ Regis Gothila (simile Totila nomen) filiâ. Et  
 quia dolosè Philippus *Udisitanam* (Odesitt al. Odesum) Civitatem  
 quæ putatur *Varna*, [cf. Dn. Menck. in Horn. Orb. Pol. p. 520.] occu-  
 pare nitebatur, à *Perdicca* demum Alexandri M. successore, *Sitalcus*  
 ultionem sumpsisse memoratur. Merentur considerari & Alexandri  
 M. cum *Triballis* & *Peucinis* (a) populis Germanicis ac Rege *Syrmo*  
 prælia, ubi *Getarum* etiam mentio v. *Arrian. & Suppl. Curt. l. 2.* Scio  
 quidem nonnullos post *Trajani* demum tempora, alios paulò antè,  
 Gotthos in Daciam introducere, sed de omnibus nunc agere nequeo.  
 Illud certum, circa *Cesarum primorum tempora Dacis & Gotthis ean-*  
*dem tribui historiam.* Reges verò Gotthici ferè sub Dacorum no-  
 mine celebres ita locantur: *Sitalcus, Beroista Diceneus, Comosicus,*  
*Corillus, Dorpaneus, Decebalus* (hos duos pro eodem haberi posse  
 conjiciunt Dn. Daniel. Müller l. c. & Gruterus ap. Schönleb. in Ann.  
 Carn. p. 167.) quæ Germanica sunt nomina! *Sigschalck / Ehrenvest /*  
*Rampffsig / Carl / Draband* (l. *Drupald / Ehrutpert / Ehrutbold /*  
*unde Trapold. v. Goldast. Antiquit. Alam. T. II. p. 94. ss.) Dietwald*  
*l. Deotbold.* Si quid hîc insolens, veniam peto. Laudes horum,  
 Gotthorum & Dacorum abundè loqvuntur clades Romanis illatæ. (b)  
 Augusti tempore *Dacia non victa sed summotâ atque dilata* Flor. l. 4.  
 c. 12. *Quanta fuerint Diurpaneî Dacorum Regis cum Fusco Duce præ-*  
*lia, quantæq; Romanor. clades, ubi Oppius Sabinus Consularis, Corn.*  
*Fuscus Præfect<sup>9</sup> Prætorii cum magnis exercitib. occisi sunt, longo textu*  
*evolverem, nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligentissimè*  
*contexuit, de reticendo interfectorum numero & Sallustium Crispum*  
*& alios autores quam plurimos sanxisse & se ipsum idem potissimum ele-*  
*gisse dixisset. Domitianus autem pravissimâ elatus jactantiâ de Dacis*

Chattis-

- (a) De nomine insulæ Peuces, Syrmi Regis, ejusque & aliorum monetis consul.  
 Tröst, Dac. p. 128. 130. 166. Polu. Adler - Nest p. 20. 60. 61. 71.
- (b) Virg. Indomitiqve Dacæ Horat. l. 3. Od. 6. Penè occupatam seditionibus  
 Delevit Urbem Dacus. Et iter. ad Mæccen. Mitte civiles super Urbe curas.  
 Occidit Daci Cotisonis (Gottse - sohn) agmen.



Chattisq<sup>3</sup>, sub nomine *superatorum* hostium de extinctis suis legionibus  
 triumphavit. Eutrop. Rer. Rom. l. 9. & Paul. Diac. in Miscell. l. 9. c. 11.  
 Trajani de Decebalo Daco victoriae passim prostant [ v. Abr. Ortel.  
 Theatr. Orb. T. in Dacia ] quamvis cruenta: post & Romanorum  
 cum Gotthis amicitiae & inimicitiae: donec adventu Hunnor. cum for-  
 tissimus *Herrmanricus* Roxolanorum fraude, diu superesse non posset,  
 ipsiqve *West-Gotthi* (c) ac *Ost-Gotthi* seditionibus scinderentur (nam  
 aliàs Dn. Schurtzfleisch in R. Svec. Gotth. §. 8. *inglorios ac meti-  
 culosos nppellat Hunnos Gotthorum respectu*) pars Dacia cederent, pars  
 (Ostg.) Hunnico imperio parerent. West-Gotthi tandem per *Thra-  
 ciam, Italiam, Galliam, in Hispaniam* sunt delati. Quos Ost-Got-  
 thi secuti Italiae totius facti sunt Dominatores sub fortissimo *Theodori-  
 co Veronensi* (qui non confundendus cum *Theodorico West-Gottho*,  
 occiso in praelio. adv. Attilam, & à Luc. Mar. Sic. l. 6. de Reb. Hispan.  
 mem. *Rhodorico*, ab Isidoro *Theodorido* vocato.) V. Ex. Dn. Fell. in  
 Orb. Imp. Horn. p. 102. An. 55. § p. 264. Horn. Arc. Noe. p. 200. Orb.  
 Pol. Horn. p. 370. 372. 448. Hoffm. in Lex. Un. passim. Miscella ant.  
 lect. à Sim. Pauli edit. Argent. An. 1664. p. 24. seqq. Dn. Schurtzfl.  
 Laz. Jorn. Grot. Loccen. aliosq<sup>3</sup>.

XIX. *GEPIDÆ* in Daciam digressi. Hi etiam *Germanica*  
 è Gothis gens fuere. v. inter plurimos Crantz. Pref. in Sax. p. 2. §  
 in Svec. l. 2. c. 6. Hoffm. in L. Un. § Bourd. ex Isidoro l. 9. Etymol. à  
 pugna pedestri eos deducunt. Jornandem c. 17. plurimi sequuntur, qui  
 à *pigritia*, ob pigrum *navis* eorum, quâ cum Gotthis Scandia egressi,  
 cursum, eis nomen indit. v. Laz. Migr. P. p. 596. Bun. in Germ. ant.  
 Cluv. p. 638. 639. At videtur Gepidarum virtutem onerâsse *invidia*,  
 quod ex ipso Jorn. l. c. colligo. Cur v. ipsi Gepidæ hoc usi nomine, ab  
 hoc *flumini* dederunt nomen? Collocantur primò in *Scythia*. Unde  
 venerunt in *Scythiam*? Haud dubiè cum reliquis Gotthis è *Scandi-  
 navia*. Ita tollitur *contradictio*, quam Jornandi impingit Laz. p. 600. è  
 c. 5. cf. c. 4. cum 17. Delati hinc sub bellicosissimo *Fastida* ad *Vistulam*,  
 in exitium *Burgundionum* aliorumqve. Sed à cognatis *Ostro-Gotthis*,  
 quos lacefferant, cladem accepere. Propagati tamen fines ad *Daciam*.  
 Cedit *Attila* florenti famosus *Ardaricus*, eiqve [spontè, an invitus ne-  
 scio

(c) Ost-Gothos & west-Gothos post Eric. Ol. p. 6. & Grot. statuo hæc nomina ex  
 Scandinavia adduxisse, & post, five casu five consilio, retinuisse.

scio] (a) locat filiam *Chrimihildem*. In hujus nuptiis feralis sanguinis meatus fauces Attilæ profocat. Generosior *Ardaricus*, quàm qui alius, præter Attilam dicto obsecundet, se in libertatem, alios in exempli confidentiam, vindicat. Pelluntur Hunni, *Ardaricus Daciam* occupat, fines quàm latissimè per *Pannoniam* producit. *En novum Dacorum è populo Germanico incrementum! En Scephusiorum (Gephusiorum Gepidhusiorum) cum Dacis affinitatem!* Omnes Transylvania Teutonas cum *Schöde*. lio §. 223. hinc accersere, nimium est v. Fröl. Viator. §. 389. 406. *Roman. hi emuli* Jor. de Reg. Succ. circ. fin. debellari non potuere, nisi armis Germanicis Longobardorum, qui & ipsi in gentis perniciem *Hunnicas* adscivere reliquias, an novos *Avares?* Warnefr. de Gest. Long. l. 1. c. 27. Priscæ gloriæ reliquias quomodocunqve tamen sub *Ducibus* ostentârunt. V. Proc. de Bel. Got. l. 3. p. m. 183 - 188. & de Bel. Vand. l. 3. p. 308. Laz. M. P. p. 605. Jorn. R. Get. passim, Dn. Green. Dest. J. Occ. c. 3. §. 1. a. aliosqve.

XX. *LANGOBARDI SEQUUNTUR.* (b) Eos etiam è *gentium vagina Scandinavia* deducit Warnefridus l. 1. c. 2. Vid. omninò Crantz. Dan. l. 2. c. 19. si. quod falsò fieri, ait Bun. in G. ant. c. l. p. 637. Tacitus Ann. l. 2. c. 45. 46. inter *Svevas* gentes eos numerat (*Svevos* Dn. Schurtzf. R. Sv. G. §. 8. \* ult. §. 2. \* inter *Sveonum* posteros) cf. Ann. II. c. 17. Germ. c. 40. Colligit hinc Horn. O. Imp. p. 138. *Langobardos fuisse Saxones.* Saxonum sanè hodierna arva in Germ. incoluere, si Tacitum audimus. Crantz. l. 2. c. 21. *Dan. Saxones Longobardis fuisse immixtos* tradit. Quicquid sit, Saxonicum in Transylvania nomen è migratione Longob. eò facta conjectat Hornius l. c. in primis cum Germanicæ ejus origini etiam *Gepidarum & Ost-Gotthorum* nationes prætendi possint. Conferatur ibi §. 58. Dn. Felleri nostri. Tenuerunt Longobardi Pannoniam annis 42. Evocati deinde à *Narfete* in Italiam A. C. 567. l. 570. V. Chron. Helvici & Not. Winkelmann. Warnefr. l. 2. c. 7, de Gest. Lang. Dn. Schurtzf Ung. §. 7. int. Ann. Carn. Schönleb. p. 311. eorumqve res in Ital. ap. Horn. O. R. p. 371.

Da

(a) Jornandes sanè maximâ fidelitate hunc Ardar. erga Attilam fuisse tradit c. 38. R. G. Ast ipsas has nuptias foedavit prælium filiorum Attilæ cum Gepidarum ac Gotthorum Principibus ob *Chrimihildem*, ut docent versiculi à Lazio adducti p. 603.

Da schlug Ortlieben das Ehynt Hagen der Held gut /  
 Da im gegen der Hand am Swert floß das Blut.  
 Und das der Künigin das Haupt sprang in di Schoß /  
 Da hüb sich under daigen ain mord grym und has.  
 Darnach schlug er den Mainzogen ain swinden slag /  
 Das im das haupt nider vor dem Tisch lag.  
 Es waz ain jamerlicher Lohn / den er dem Mainzogen gab /  
 Er sach vor Ekeln Tische ainen spielman ze.

(b) Pro nomine, quod acceperunt, alii *fæminarum* ridiculas, alii *Virorum* barbas  
 ap. Warnef. l. 1. c. 8. 9. nonnulli *telum Alabardam*, Dn. Schurtz, Ung.  
 §. 6. *campos patentes* Warnefridi l. 1. c. 20. adferunt. Lazius ait esse *Land-*  
*varteros* M. G. p. 640. qui & fedes ipsorum à Schonlandia, per Rugilandi-  
 am, ad Rhenum, inq; Pannoniam & Italiam &c. ut solet, deducit. V. Bun-  
 G. anf. l. 1. 3. c. 26. Fourn. not. orb. Geogr. l. 3. c. 13. p. 97.

XXI. Ex his omnibus apparet facilè, quomodo Septentrio Dacia  
 nostram locupletaverit. Sed & ipsa *Dacia* felicitatem hanc in ali-  
 as Regiones effudit. Usque adeo ut *Pet. Bertius* Comm. Rer. Ger. l. 1.  
 c. 2. scribat: *Germani, nobilissimi Europæ populi à Dacis originem ha-*  
*bent, Hispania quoque præcipua nobilitas Gotthici sanguinis ortum jactat:*  
 ap. Topp. p. 25. conf. p. 64. Bertius non est ad manus, nec ejus argu-  
 menta expendere possum. Aliàs non ignoro, Tacitum Germanos  
*pro indigenis* habere. Germ. c. 2. Is tamen Autorum est consensus, &  
 effusæ testimoniorum nubes, ut nemo, qui nudam quærit veritatem,  
 nec indulget affectibus, saltem aliquam laudis hujus partem Gotthicis  
 nostris Dacia non sit asserturus. Dacia sanè nostra diu ante Germa-  
 niam Urbibus fuit cultissima conf. Tac. Germ. c. 16. &c. Quod omne  
 vetustissimæ illi Gotthorum genti sine dubio debetur. *Nam omnibus*  
*penè Barbaris Gothi sapientiores semper extiterunt, Græcisq; penè consimi-*  
*les,* refert Dio, ap. Jorn. c. 5. Gloriosissimæ memoriæ Imper. Carolus  
 V. dixit: OMNEM FERME EUROPÆ NOBILITATEM EX  
 SCANDIA GOTHIAQUE DERIVARI, Excell. Dn. Schurtzf. in  
 R. Sveo. G. §. 8. \*\* ex Rutg. Hermannide p. 416. Qvis ergò invi-  
 debit Daciæ nostræ hanc veteris gloriæ felicitatem, quòd & ipsa tales  
 habuerit hospites? Digni quos advertamus rhythmici Sigismundi: Von  
 Bireken Comitis Palatini, qui ita ad Tröst. im Polnischen Adler-Nest:

Du edles Land: heb an hierin von dir zu lesen /  
 Das eher Deutschland fast / als unsers ist gewesen /

D

Du

Du altes Gothen Haus! davon die Sarmiz noch  
 Aus ihrem Grabe redt. Dich hat das Römer-Joch  
 Spat und nicht lang gedruckt. Wir haben dir nicht Leute/  
 Wie zwar dem Hungar treumt/ der dich nur kent von heute/  
 Du hast sie uns geschickt: das grosse Teutschland hier  
 Was es vor Völcker hat/ die hat es meist von dir.  
 Du bist die Röhr/ wordurch Europa überflossen  
 Die Teutsche Nation, die sich so weit ergossen etc.

Lustraverat & *Opuzius* Transylvaniam, multa editurus, nisi morte  
 præventus esset. Sed ego talia timidiusculè adduco, ne videar indul-  
 gere affectibus, quod instituto meo repugnat.

XXII. Erutz igitur sunt veteres nostrorum origines, & hisce  
 demonstratum, fideliter *Daciam* suos asservare & tueri *Aborigines*. Sunt  
 verò rebus Longobardicis immixtæ res *Avarum*, quæ nobis occasio-  
 nem præbebunt & ad recentiores origines transeundi, ubi *Dacia* cessat  
 populos effundere, sed videtur ipsa recipere novos hospites. *Avarum*  
 mentio supra facta. Dicuntur in Hungariam venisse A. C. 573. ex *Cal-*  
*listo*, *Landulpho Simocatta*, ap. *Schöd.* §. 230. Sed quomodo conciliabi-  
 tur pactum cum Longobardis de inhabitanda Hungaria A. C. 570. & bel-  
 la communi Marte gesta adv. *Gepidas*. Accuratius alii ponunt A. à  
 N. C. 567. *Schönl. Carn. ant.* p. 307. ait eos innotuisse A. 551. Cum his,  
 & ipsis sanè Hunnis v. sup. §. 14. e. bella gessisse videtur *Carolus M.*  
 Si secundus Hungarorum è *Scythia* adventus cum *Bonf. Dec.* 1. l. 9.  
 locetur ad An. 744. (cf. *Hornium, Orb. Imp.* p. 139. & *Orb. Pol.* p. 412.  
 quem ex merito, *diffusa eruditionis Virum*, in *Diss. An mundus exigua*  
*Sapientia gubernetur*, appellavit quondam *Exc. Dn. Rechenbergius* no-  
 ster, Fautor, Præceptor ac studiorum Promotor perpetuà veneran-  
 dus gratitudine) eodem res recidet. v. & *Schönleb. Ann. Car. n.* p. 373.  
 Et falsum planè est, nullis idoneis testibus probari posse *Carolus M.* in *Hun-*  
*garia bellum gessisse*, quod ait *Fröhl. Viator.* §. 405. Ex alio sanè funda-  
 mento negandum erat, *Carolus M.* Saxones in *Trans.* introduxisse.  
 Illud dici poterat, non gessisse *Carolus M.* bella contra Hunnos, qui  
 tum *Hungarorum*, quantum constat, nomine vocati sint. Vid. sup. §.  
 14. l. e. At bella *Caroli* in *Pannonia* memorant *Hungarici* scriptores  
 ipsi, v. *Tröst.* p. 139. 173. 178. Memorant scriptores vetusti. *Eginhartus*  
*Alumnus & scriba Adjunctus Car. M.* in *Vita ejus* p. 114. nominat hoc  
 inter

inter bella Caroli maxima: p. seq. ait, & *Daciam à Car. M. redactam*  
in potestatem. *Wittichindus Saxo*, qui claruit Ann. 950. in gest.  
Sax. l. 1. p. m. 10. eorum etiam meminit. *Hepidannus Cœnobita* (mox  
tn. confusus cum *Hunnis Agarenos* v. Not. Gold. l. citando) circa  
A. 1060. ut videtur Goldasto, in Annal. qui habentur T. I. Rer. Alam.  
ait: *Carolus M. Regnum Hunnorum vastat. T. III. Civitatis Albensis,*  
*Vivar, Metropolitana* (nisi fallor) numeratur sub Car. M. Goldast. in Noi.  
ad *Vadian.* p. 89. Et quid multa? Militat pro nobis inter plurimos  
*Casparus Ens* (cui tn. m. vox *Hungarorum* imposuit) *Dn. Platani Hun-*  
*garus Incun. Gent. Hung. §. 15. Dn. Nad. l. 1. c. 13. Székely. p. 124. Horn.*  
*Orb. Pol. p. 412. Prolixè Schonleben Ann. Carn. p. 388. 390. 397. qui*  
sive *Hunnos* sive *Avares* nominent, perinde est: sufficit in *Pannonia*  
*belligerâsse Carolum M. sub. quo m. fidei aliqua fundamenta Hungari*  
*habuerunt. Com. de Rewa de Mon. & Cor. Hung. p. 1. Schönl. l. c. p. 397.*

XXIII. Audiamus jam Bonfinium Dec. 1. l. 9. Is ait: *Ut Sa-*  
*xonum toties rebellantium vires honestius extenuarentur, colonias ex ipsis*  
*in Daciam à Carolo M. traductas, quæ adhuc eam magnò numerò inco-*  
*lant.* Conferatur Eginhartus §. præc. Vapulat hîc multis Bon-  
finius. Et est sanè opus ejus insignibus *fabulis* passim suffarcina-  
tum. Utinam citasset Bonfinius Autores, ex quibus hæc &  
alia transcripsit! Ego ita me expedio: *Teutonicos Daciae populos vi-*  
*deri sub Carolo M. accessione non ignobili auctos.* Forfan & nomen *Saxo-*  
*nicum* circa ea tempora invaluisse. Appellationem ab Hungaris  
introducendam, asserere nolo. Sat habeo, indicia manifesta con-  
tinuati in Dacia nominis Teutonici ostendisse, quod ibi sine  
dubio in globum iit.

XXIV. Illucescit deniq; ex cladibus nomini Hungarico illa-  
tis salutis cœlicum sidus. Hunni n. Anthropophagi, jam Hun-  
gari, sat pergrassati vicina, ita ab Ottone conciduntur, ut inci-  
pianc mitiora audire consilia. Breviter: Piissimus Dux *Geisa,*  
jam antè Christianus, velut alter *Numa,* ut Bonf. ait, religionis  
(a) morumq; inducit mutationem. Gavisi finitimi, Bavari,  
*Saxones,* Svevi aliq; Germani, certatim offerunt fœdera, confe-  
runt auxilia, pecunias, *copias* Bonf. p. 162. Hinc commercia, fa-  
miliaritas, hospitia cum vicinis. Tutus Christianis omnibus  
aditus, & pro inviolabili hospitalitatis jure edicta solemnia,  
Proposita alliciendis *Mystris & Præceptoribus sacrae Legis præ-*  
mia,

mia, locata confluentibus stipendia. Quis dubitet *adfuisse* tam decenter expetitos?

(a) De Christianæ religionis in Transsylvania initiis præter Gotthica & alia verisimilia nihil habeo. Recordor tñ Rever. Georgii Kelpii, Parentis dilectissimi, manu alicubi adscriptum fuisse, se ex Evangelicis decimum quintum, ex iis, quorum memoria sit à Christianismo, vigesimum quintum vico Dändorff præesse.

XXV. Idem pietatis amor in religiosissimo filio S. Stephano I. Rege m. I. Idem *Germanis* in Hung. aditus. Ducibus exercitûs *Hund & Pasmann*/Teutonici generis, idem honos. Hinc *Cosmas* è Pasmanni posteris sub Steph. II. apud Bonf. l. 6. d. 2. pag. 249. Assumptus & *Wencellinus Alamannus*, & Germanico maximè robore effera *Cupa* rebellio dissipata. Wencellino assignata præmia, habiti honores, distributa prædia. Jam & *matrimonium* Stephani cum *Gisela* Henrici Imp. sorore an è sorore nepte? rursus *sororis* S. Stephani cum *Gvilhelmo* Imperatoris affine, Petri I. H. R. Patre. An absurdum cui videtur, patefactis itineribus agminatim tot *familias* è Germania in fertilia Hungariæ & Trans. (b) arva transmigrâsse, quarum & hodie, *cognatorum ignotorum*, *cognomina* nullo eventu *fortuito*, sed antiquissima in posteros *traditione* memoranda, pristinas in Germania *stirpes* ostendunt manifestissimè, quæ vix à nobis habent Germani. Integer eorum catalogus in manibus est, quamvis unum multa fugiant.

(b) Quam Steph. firmiter Hungariæ adstrinxerat.

XXVI. Ad majus hic erga Germanos favor crevit fastigium sub Petro I. Steph. successore, artibus Reginae, secundæ Stephano conjugis ( ut Bonfin. conjicit, Ens asseverat ) ad solium evecto. Compendio id dicat Bonfinius: *Alamannis plus æquo credere, suos aspernari, magni facere peregrinos, Arcibus & Oppidis Teutonum præfidia cunctis imponere, ex his quoq; creare Magistratus, & sibi custodiam adhibere, peculiarem populum abominari &c. Subjectam ad hæc Germaniæ Hungariam esse debere, & ab angore, qf. angariam vocatam dictitabat*, Rewa p. 4. Hinc justum Hungarorum in odium incurrit, ut etiam *Privilegia* ejus è numero *validorum* ejicerentur. Tripart. Op. Jur. Consuet. à M. Steph. de Werbéwez (l. Werböz) compilat. P. II. Tit. XIV. Tyrannus fuerit, *aucti certè Germani*.

XXVII. Germanorum auxilia & sub sequentibus Regibus prostant passim. *Familias* celebres, quas è Turoczio recenset,

Trö-

Trösterus in Hungariam migrâsse, adducere nolo. V. Ej. Dac. l. 2. c. 4. p. 143. quib<sup>9</sup> addo è Dn. Milite Leutholff Schencker / Gros-Schenkenfium Patrem: Nostrâ adhuc memoriâ Germanorum militum non exiguus numerus, cæso ad Nagy-Szölös (non Kólös, ut est in Ort.) Keményio, in Transsylvania confedit, ex quo ad superiora tempora argumentum duco, pertæfos itinere prolixo remeare, quos amœna Transsylvania regio semel ceperat. Sed hodie magis magisque à Germania divellimur. (a)

(a) In Trans. miserè plectimur: Quis credat populum laboriosissimum, regionis pingvissimæ habitatorem, ita hodie exhaustum, ut vix hæreat ossibus. Hujus rei ego, qui nudam hîc inquirò veritatem, tres reperio causas. (1.) Bolus rusticis miseris, iniquo inter ipsos peregrinandi modo, è faucibus eripitur. Nihil addo. Consul. testes è domo Tröst. D. l. 1. c. 17. p. 88. Topp. c. 7. p. 66. sq. Fröl. Viat. §. 409. Ubi tri. Personæ Magistratus excusandæ, quibus ignaris multa fiunt. (2.) Mercatura ab incolis negligitur, quantum Urbium fulerum! Sola fere Corona, ob id etiam ditissima, rebus suis melius confulit. Audent & è reliquis Urbibus aliquid nonnulli, sed numero exiguo. (3.) Peregrinorum, Græcorum imprimis, mercatorum multitudo invalescit, qui scite nôrunt opes Transsylvania in sua commoda transferre. Audiamus Toppeltinum: *Felicissimam mercaturam Græci & Orientales hinc percipiunt, patrimonia nostra expilando vagantur impune, versanturque media inter regni arcana. Jacobus Armenius Persa, qui in ista negotiatione consenuerat, aliquando secretior mihi fassus est, immensos se in Trans. thesauros lucratum esse*, p. 105. c. 12. ut vere hos locustas Transsylvania dicas, ex Schönborn. Pol. l. 3. c. 35. p. 256.

XXVIII. Pergo Chronologiam Transsylvania bonâ fide subnectere (*veram*, non illam Kircheri fictitiam:)

*Vulgarem:*

1142. Hat Geisa König in Ungarn regirt / welcher die Sachsen in Siebenbürgen mit vortrefflichen Freyheiten begabet hat. (Quivis videt Geisam II. intelligi.)

1146. ist Medwesch erbaut wordē.

1160. ist Herrmanstadt erb. wor.

1178. ist Clausenburgerb. worden.

1189. ist Schäsburg erb. worden.

1200. ist Broß erbauet worden.

1203. erbauet sich Cronstadt in Siebenbürgen.

è Templo Coronensi ap. Tröst. p. 398.

1143. Hat Geisa II. König in Ungarn / Sachsen in Siebenbürgen geführt / von welchen sich alle die Teutsche des Landes Sachsen heißen.

NB. Extabat & in pariete Templi Schæsburgensis inferioris Chronologia prolixissima, sed cum A. 1676. tristi illò incendiò Urbis major pars cū ipso Templo flammis absumeretur, & hoc monumentum interiit.

D 3

1239.

1239. Eubed. 1245. Leutschaw. 1290. Caschau. 1300. Fogara th.  
1342. ist Ludovicus Ungarischer König worden/ welcher die Sachen  
in Siebenb. die Moldawer und Nasen ihm unterthänig gemacht/  
und gedemütiget hat. Addo ex Privilegio Andreæ II. Regis.

1224. Andreas Rex Privilegia Geisæ renovat. Topp. p. 16. & ex  
Tröst. D. p. 153. Veteribus Urbibus Dacorum nova solum no-  
mina indita. vid. Cluv. Geogr. p. 466. in not. Bun.

XXIX. Dum circa finem sudo, adfertur Dresdâ Dn. Martini  
Ziegler/ Amici & Fautoris probatissimi, super tota hac materia  
eruditè ad me perscripta epistola, qui ait, recordari se, olim, intra  
Transylvaniam, in Coronensi quodam Chronico *mentionem ad-  
ventûs Saxonum in Transylvaniam* sibi perlectam. Ipse verò in o-  
mnibus penè mihi est ὁμολογῶν, & pluribus demonstrat, quic-  
quid sit de Saxonum nomine (cujus tn. inveci causas m. reddit)  
jam ante Carolum M. majores Sax. hodiernorum in Trans. egis-  
se. Merebatur integra subjici nisi spatii obstaret angustia.

XXX. De Gallorum, Galatarum & Suevorum vestigiis. v. Tröst.  
D. p. 127. f. 117. 135. 154. 164. 186. &c.

### CAPIT III.

CONFUTAT FALSA, CONTRARIA APPARENTER  
CONCILIAT.

XXXI. TH. GEN. Ridicula igitur, impudens, temera-  
ria & ex historiarum ignorantia profecta est, omni ra-  
tionabili fundamentò destituta illa calumnia, diabolum  
Hamelâ Saxones, velut ridiculos mures aut Myrmido-  
nas in subterraneis cuniculis in Transylvaniam abdu-  
xisse. Nec ferendum; Caroli M. demum & posteriori  
ævo Teutonicum nomen in Transf. natum esse: licet  
forsan largiamur, potuisse Saxonum ad reliquos Teuto-  
nes accedere multitudinem, qui & nomine suò eos im-  
buerint. Sed id omne Sole sudo lucidius est, Saxonum  
gentem, Regimen Politicum, Urbes & Sedes hodiernas  
omni numero sibi cohæsisse, anteqvam Hamelensis, si-  
ve fabula, sive Historia evenisse dicitur.

XXXII.



XXXII. Sive *Kircherus* *Mufurg* Un. I. II. l. 9. c. 3. p. 232. five eò antiquior hunc rumorem in Orbem invexit, atroci sanè oneratur calumniâ. Et non opus est, ut quis ex *M. Erici* demum consilio Transylvaniam petat, inquisiturus ibi cognatos. Nemo enim negat ibi esse *Teutones*, at Hamelenses eò venisse frustra ibi investigabit, cum nemini in eo loco vel *nomen* Hamelensis narrationis, nisi qui id ex Germania didicit, notum sit. Non sat benè nobis volunt Hungari in Transf. at tali nos origine nemo ipsorum onerat, apud quos ejusdem ponderis erit hæc narratio, cujus illa de ipsorum origine ex *Alraunorum* cum *spiritibus immundis*, *Faunisq;* & *Satyris* concubitu.

XXXIII. Solidè calumniam depuler. præter alios *Trösterus* & *Toppeltinus*, ad quorum scripta provoco. Et nemo eruditus, quod sciam, illi figmento hodiè assentitur. Strictim tamen hæc decerpo.

(1.) Multi narrationem gravissimis inducti arg. habent pro *mera fabula*, ut post *Schöock*. *Liebh.* P.P. *Historiar.* Baruthi in *Exerc. Hist.* 1671. ed. *Hamburgi* nuper vidi titulū novi *Opusculi* de hac materia, sed hoc disputationis thema me electurum tunc non meditabar, ideo nec scriptum inspexi, nec sciō, à quibus stet. (2.) Illud asseverò ortum Saxonum nostrorum ex talibus liberis esse *falsum*. Quomodo enim liberi 130. A. C. 1284. aut 1376 egressi, cum *Domitiani* Ducibus & *Trajano* (alia taceo) primò seculò à N.C. pugnare potuerint: quomodo *Mæsiam*, *Pannoniam*, *Thraciam*, *Italiam*, *Galliam*, *Hispaniam*, primis ferè 6. seculis, copiis, victoriis, cladibus, inundaverint, non capio. (3.) Nec illud intelligo, quomodo circa An. 1143. hi pueri jam *sub Saxonum nomine* à *Geisa II. R.* in Hung. *Privilegia* impetrare, eum contra hostes juvare (ut alibi traditur) *Urbes in Transf. condere* potuerint, *integris seculis*, anteqvam usquam extiterunt. Quomodo item An. 1224. *Andreas* Rex liberis, *Hamelæ nondum natis*, *Privilegia* vetera, quæ *Geisa* contulerit *nondum existentibus*, *renovare* potuerit, eorum fidelitatem laudare, terminos habitationum definire, numerum satellitum præscribere, & quid non? (4.) Et hoc mirum est, qui in tantum *numerum* excrescere potuerint, (ut ingressi An. 1284. aut 1376) auderent A. 1342. ab obedientia Regis Ludovici I. desciscere. (5.) Ipsos autem Hungaros nimis liberales, mites, aut malefanos fuisse oportet, qui 130. pueris, tantò terrarum tractu, eoqve in Transf. *præstantissimo*, *ultrò cederent*, & quidem Germanis, tantoperè invisis. (6.) Quomodo verò 130. pueri *linguam Saxoniam* adeò feliciter propagare potuerunt, cum

Q  
T  
4614

cum hodiè in tanta gentis Saxonicae in Transf. amplitudine multi ta-  
men eorum in *Hungaricam linguam* degenerent? (7.) Qui fit, quòd,  
ex hoc principio, Hungari cum Saxonibus, talem sortitis originem,  
non controvertant, aut eos pacatè ferant? (8.) Unde etiam est,  
quod Hungarorum Annales *nusquam, nusquam, nusquam*, peregrin-  
norum talium homuncionum adventum doceant? (9.) *Dicis:*  
Saxones his aucti: Resp. Ediffere monumenta. Saxones [conscienti-  
am testor] id nesciunt. Nesciunt id omnia, quæ scimus Transylva-  
niæ Chronica. (10.) Kircheri Chronicon Transf. est *non-Ens. Je-*  
*suite*, ut scriptis fidem concilient, facile scripta fingunt: & nisi insigni-  
ter fallor, Kircherus multa *sublestæ fidei* habere dicitur. *Nolo tamen*  
*ejus laudibus derogare*, quæ ab Eruditis accipit. Habent & *summi*  
*viri suos nevos*. Iste fanè grandis error est. (11.) Debuissent au-  
tem & *hospitia subterranea, alimentorum series, temporis ordo*, in  
Chronico aliquo inquiri, & quæ præterea in tam longinquo itinere di-  
gna memoratu evenire potuissent. Aut, an alicubi aër fuerit *trans-*  
*missionis medium*? (12.) Et cur non venerunt in Hungariam? nisi  
fortè, quia longinqua tutius onerantur mendacio. (13.) Cur non  
in *Tauricam Chersonesum*? (conf. Busbeqv. Ep. Turc. 4.) ubi 130.  
pueris inter ignotas gentes talis lingvæ corruptio facilius evenire po-  
tuit. (14.) Hornius in Orb. Imp. p. 138. ait: *Quidam causam* (lingvæ  
Sax. in Transf.) *repetunt ab egressu pueror. Hamelens.* PLUSQUAM  
ANILIFABULA. conf. Dn. Fell. l.c. Anim. 58. Exc. Dn. Kirchmajer.  
Dis. de inauspic. lib. Ham. egressu circ. fin. Alia Eruditorum suffragia  
prætereo. (15.) Addo testimonium de Orpheo Transylvano - Saxo-  
nico *Valentino Gravio*, quod extat *Patavii*, & urgetur à Tröst. p. 192.  
Topp. p. II.

XXXIV. Quod concernit locum Bonf. sup. §. 23. & alia sparsim adjecta, sunt  
Autores non ignobiles, sed omnes, quantum scio, Bonfinio posteriores, ideoq; ejus  
forte vestigiis nixi, qui statuunt *Caroli M. temporibus deberi hanc Saxonum in Trans-*  
*sylvaniam, s. spontaneam, s. imperatam migrationem*. Vid. omn. Steph. Székely  
testimonium ap. Dn. Plat. in Inc. Hung. §. 15. quod ob angustiani chartæ omitten-  
dum fuit, cum aliis nonnullis. Ego (ut brevis sim) conjicio auctos aliquâ coloniâ  
sub Car. M. Teutones nostros, novissima v. inter insignes sub Geisa II.

XXXV. Manum igitur de Tabula. Audio monentem Magnum EDZARDUM:  
Odi tria Verba, ubi duo, sufficiunt. DEO SOLUIMUS GRATES.

Coroll. (1.) Licet res naturales ex Scriptura probare. (2.) Dubitatio Carthesii  
seipsam evertit.

Quæst. Parad. (1.) An Ens in pot. possit dici verum Ens?  
(2.) An Saxo possit esse Polonus?

B. L. §. 4. \* add. ante v. *Frequens* (7.) *Montes Galatarum*. *Cætera T. industria.*

F I N I S.

W  
M

Pon II n 4674, QK

ULB Halle

3

001 855 492







Trad  
Per  
va  
m  
na  
pr

I. TH. GEN. C  
manici nomi  
dentalior SA  
Septentrio, v  
Orientem SC  
centes, ost  
nè est ME L  
Claudiopoli  
cum Sabeso,  
to, ad Septe

II. Plurir  
qvibus utcunq  
qvias vultibus,

III. Rom  
Daciae inter T  
ubi hodiè Wal  
mini temporum  
Daciam dedu



cas.  
m Transyl-  
ginum linea-  
Omnia, ut  
xhibebo, at

iversi Ger-  
IUM, Occi-  
OPOLIM,  
M, versùs  
abivis adja-  
ullium pe-  
ronæ, illinc  
ana Cibinio  
um opposi-

ant domiciliò,  
ti generis reli-  
us.

ranea, Ripensi  
a, & Alpensi,  
Clarissimo no-  
dum à Dacia  
Daos, Daas,  
Dahos,

